



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 49. Franciæ Præsulum epistola ad Innocentium X. Pontificem Maximum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.
A. C. 1654.

§. XLIX.

Franciæ Præfulum epistola ad Innocentium X. Pontificem Maximum.

Argentre
l. c. p. 278.

Approbata hac sententia Franciæ Præfules tum Parisiis congregati Lutvano Episcopo Romæ agenti negotium dabant, ut sequentes literas summo Pontifici nomine Cleri Gallicani porrigeret :

Beatissime Pater!

„Post promulgatam ab universis Gal-
„liarum Episcopis Sanctitatis Vestræ
„Constitutionem, qua quinque Propo-
„sitiones e libris *Cornelii Jansenii*, Ypres-
„sis Episcopi, excerptæ damnantur,
„nihil aliud expectandum videbatur,
„præcipue a Gallis, qui in Sede Apo-
„stolica colenda semper potiores fue-
„runt, quam ut pura & non fucata con-
„cordia, in veræ fidei unitate omnium
„animi conspirarent. Sed dissidiorum
„auctor tam singulare, & piis omnibus
„summopere expetendum bonum Gal-
„liis invidit: quodque palam obtinere
„non poterat, nempe ut a debita Sedis
„Apostolicæ reverentia, per apertum
„Constitutionis editæ contemptum re-
„cederetur, callidis molitionibus ad
„finit-

„simplicium & incautorum mentes sub-
 „vertendas aggredi tentavit. Quare ad Sæc. XVII.
 „munus Episcopale pertinere putavi- A. C. 1654.
 „mus, recens excitatas a Clericis nu-
 „mero paucis contentiones definitione
 „nostra compescere, qua Constitutio-
 „nis Apostolicæ integra executio, quæ
 „nobis commissa est, adversus alienas
 „a vero illius sensu expositiones sancia-
 „tur. E veteri fidei deposito, cujus
 „custodia Cathedræ Petri a Christo
 „concredita est, partim adimere ten-
 „tant, decreti Apostolici Majestatem
 „ad fictas controversias dirimendas tur-
 „piter dejiciendo. Quinque etenim
 „Propositiones Decreto illo proscrip-
 „tamdam se quoque profitentur, sed
 „alio plane sensu, quam qui a Jansenio
 „traditus & explicatus est, ad quem
 „propositiones illas nullatenus perti-
 „nere constantissime asserunt. Hac arte
 „restaurandis disputationibus iisdem
 „sibi locum apertum relinquere parant,
 „& redivivæ litis prolixam materiam.
 „Quare ut his incommodis prævertere-
 „tur, & Constitutioni Auctoritas sua
 „constaret, atque sincera ejus executio
 „sequeretur, Nos in hac urbe Parisiensi
 „congregati censuimus, & per episto-
 „lam encyclicam, his literis adjunctam
 „declaravimus, Propositiones illas &
 „opinionem esse *Cornelii Jansenii*, & in
 „sen-

Sæc. XVII. „sensu ejusdem *Jansenii* a Sanctitate Ve
 A. C. 1654. „stra damnatas disertis & manifestis
 „verbis. Postquam enim auctor ille ul
 „patione privata, novam Doctrinam
 „sub specie veteris inducebat, necesse
 „sum fuit, ut Apostolica Sedes, judic
 „lato eam, ex publica & antiqua Eccles
 „siæ traditione refelleret, ne Christi
 „næ fidei doctrina pravis ab illo sc
 „ptore ad testimonia veterum Patrum
 „quos laudat, adhibitis interpretation
 „bus obrueretur. Nihil quippe ali
 „egit Constitutione sua Innocentius
 „quam ut auctoritatis suæ præsidio
 „tquam fidem muniret, non dicend
 „nova, sed dicendo nove juxta re
 „ceptas in Scholis Theologicis loc
 „tiones, quibus *Jansenius* quoque ut
 „tur. Eo pacto Beatitudo Vestra
 „quid explicuit, atque confirmavit
 „regulam fidei de gratia, & libe
 „arbitrio, quam ex parte prius asse
 „tam adversus Manichæos, quos
 „attinet ad arbitrii libertatem, post
 „Decessores vestri Innocentius I. & Zo
 „simus, cooperantibus Africanorum
 „Conciliorum literis contra Pelagianos
 „plene constabiliverant: Quamque de
 „inde Cælestinus I. ac Concilium A
 „rausicanum, juxta Capitula a Sede
 „Apostolica transmissa, & Superior
 „Sæculo Tridentinum, sollicitè atque
 „dilectè

„diligenter enucleatam definierant. Sæc. XVII.
A.C 1654.
„Quapropter & Constitutionem ordine
„Canonico latam, atque genuino in
„sensu intellectam, quem literæ istæ
„patefaciunt, devotissimo obsequio nos
„suscipere testamur: præterea vero da-
„tuos operam profitemur, ne quis cu-
„ræ nostræ subditus, impune contra-
„ria vestris definitionibus docere, scri-
„bere, aut loqui præsumat, pœnis in
„hæreticos a jure decretis alioquin a
„nobis statim puniendus. Ex qua con-
„cordi omnium Sententia subscriptio-
„nibus nostris firmata, Beatitudo Ve-
„stra facile intelliget, nulli e Collegio
„nostro propositum fuisse, ut aliquid
„Dignitati Constitutionis adversum pro-
„ferret, aut scriberet: Quinimo desi-
„gnatum esse nobis, plenissima vene-
„ratione sacram B. Petri Sedem, &
„Sanctitatem Vestram colere, cui pro-
„speros & felices annos vovent, qui
„sunt cum ea, qua par est, observantia.”

Beatissime Pater!

Sanctitatis Vestræ.

*Devotissimi & addictissimi Filii, Cardina-
les, Archiepiscopi, & Episcopi Gal-
liæ in Parisiensi Urbe congregati.*